



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Momorum contra mundi partes querelæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Et transfero) Viam tibi daretur facultas, vt alarum adminiculo in sublimem aëris plagam volares, medianq̄, inter cœlum ac terram, regionem sortitus, conspiceres terra quidem soliditatem, maris diffusio- nem, fluxum fluminum, aëris amplitudinem, ignis arctam celeritatem. O felicissimum, fili, spectaculum, ô beatissimam visionem! Siquidem vno luminum motu, seriem totius mundi comprehenderes, immobi- lemq̄, factorem concirum, latentem quoq̄, perspicuum cerneres.

C A P V T. III.

DEI opera iudiciæ, etiam in Fulminibus, & igne & aëre, & reliquis iratis mundi elementis, esse laudanda.

**A**m est abundans Numinis bonitas, vt non solum in Fi- lium ac S. Spiritum redundarit, sed etiam in creaturas, velut extra familiam, sese effuderit, hominemque con- diderit, hominisque causâ, cætera omnia; vt existerent, de quibus, & in quos esset liberalis. Quod si totus mundus, hominis causâ, factus est, partes quoque mundi, hominis causâ, erunt; cælum, terra, aqua, ignis, aër. De quarum partium pulchritudine, vilitate, ac necessitate etsi multi tractauerunt, & vel in pueros satis constat, vitium tamen alere videntur nonnullis. Vnde & Momos habent. Quid enim? siderum noxij sunt aspectus; in aëre vafaniunt venti; colliguntur intempestiua pluuiæ, quæ lapides effundunt; molestissimū est, per imbrem, facere opus: ibi humor in pestem putrescit; ibi minatur fulguratio; terrent horrida nubes; mugiunt rauca tonitrua. In mari procellæ & tempestates commouentur, & turbo totas classes dissicit; euertit, mergit. Fluminum cluuiiones, inundationesque aquarum, quas non dederunt vastitates? In terra sterilitates, ac metuendi tremores; illæ quidem homines, isti autem, & ciuitates, & homines hauserunt. Ab igne natæ sunt tot insignium domorum, tot magnarum vrbium populationes. Hæc talia imperitis DEVS, si bonus est, in mundi partibus, censetur creare, aut permittere non debuisse.

Verum, vt à fulmine & igne, velut à Ioue, incipiam, qui rectè calculum ducit, meritò canit: *Benedicite ignis & astus Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.* Equidem liquide intelligit, lu- cem

Pimander: cap. 3.

I.

Vide Plu- tarch. lib. A- qua, an ignis vilior.

II. Dan. 3. 66.